



The Holy Rosary in Latin

Mysteria Gaudiosa - The Joyful Mysteries of the Holy Rosary

In nomine Patris,
et Filii,
et Spiritus Sancti,
Amen.

Symbolum Apostolorum (The Apostles Creed)

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae; et in Jesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum,
Qui conceptus est de Spiritu Sancto,
natus ex Maria Virgine,
passus sub Pontio Pilato,
crucifixus, mortuus et sepultus;
descendit ad inferos;
tertia die resurrexit a mortuis,
ascendit in caelum,
sedet ad dexteram Dei, Patris omnipotentis, inde venturus est judicare vivos et mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum;
Sanctam Ecclesiam Catholicam,
sanctorum communionem;
remissionem peccatorum;
carnis resurrectionem;
vitam aeternam. Amen.

I. Primum Mysterium Gaudiosum: Annunciatio (the Annunciation)

²⁶ In mense autem sexto, missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. ²⁷ Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: et nomen virginis Maria. ²⁸ Et ingressus angelus ad eam dixit : Ave gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. ²⁹ Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. ³⁰ Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria : invenisti enim gratiam apud Deum. ³¹ Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum: ³² Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in æternum, ³³ et regni ejus non erit finis."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

II. Secundum Mysterium Gaudiosum: Visitatio (the Visitation)

"³⁹ Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda: ⁴⁰ Et intravit in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth. ⁴¹ Et factum est, ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus: et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth: ⁴² Et exclamavit voce magna, et dixit : Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. ⁴³ Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? ⁴⁴ Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

III. Tertium Mysterium Gaudiosum: Nativitas (the Nativity, the Birth of Jesus)

"¹⁵ Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in caelum : pastores loquebantur ad invicem : Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. ¹⁶ Et venerunt festinantes : et invenerunt Mariam, et Joseph, et infantem positum in praesepio. ¹⁷ Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. ¹⁸ Et omnes qui audierunt, mirati sunt: et de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. ¹⁹ Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo. ²⁰ Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes Deum in omnibus quae audierant et viderant, sicut dictum est ad illos."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

IV. Quartum Mysterium Gaudiosum: Presentatio (the Presentation in the Temple)

"²⁹ Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: ³⁰ Quia viderunt oculi mei salutare tuum. ³¹ Quod parasti ante faciem omnium populorum: ³² lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israël. ³³ Et erat pater ejus et mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. ³⁴ Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israël, et in signum cui contradicetur: ³⁵ Et tuam ipsius animam pertransibit gladius ut revelentur ex multis cordibus cogitationes."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradysum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

V. Quintum Mysterium Gaudiosum: Inventio in Templo

(the Finding in the Temple)

"⁴¹ Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ. ⁴² Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi, ⁴³ consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt

parentes ejus. ⁴⁴ Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos. ⁴⁵ Et non inveniētes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum. ⁴⁶ Et factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem eos. ⁴⁷ Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia et responsis ejus. ⁴⁸ Et videntes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te. ⁴⁹ Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? ⁵⁰ Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. ⁵¹ Et descendit cum eis, et venit Nazareth: et erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo. ⁵² Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum et homines."

Pater noster, Qui es in coelis,
sanctificetur nomen Tuum;
adveniat regnum Tuum;
fiat voluntas Tua,
sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,
Dominus tecum;
benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae.

Amen.

Gloria Patri,
et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

Salve, Regina, Mater misericordiae!

vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus, exules filii Evae.

Ad te suspiramus,

gementes, et flentes, in hac lacrimarum valle.

Eia ergo, advocata nostra,

illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria!

Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix,

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus:

Gratiam tuam quaesumus, Domine,

mentibus nostris infunde, ut qui,

angelo nuntiante, Christi Filii tui

incarnationem cognovimus

per passionem eius et crucem,

ad resurrectionem gloriam perducamur,

per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

In nomine Patris,
et Filii,
et Spiritus Sancti.

Amen.

<http://www.boston-catholic-journal.com/holy-rosary-in-latin-the-joyful-mysteries/listen-to-the-holy-rosary-in-latin-the-joyful-mysteries.htm>



Copyright © 2004 - 2010 Boston Catholic Journal. All rights reserved.